



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Sectio VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

noſti: cui & quando conſeſſum: conſtat experientia, dicent. Sed illa fallax, & vnde certus es, non ex pacto effectum naſci? Deuotio perſuaſit, dicat alias. Non bona deuotio; quæ cum ſcandalo coniuncta, quæ merito ſuſpecta, quæ anilis, quæ ſingularis, quæ nullo Eccleſiæ vel traditionis munita ſuffragio. Faciunt in his partibus multi. Sed in iſſe partibus multi pietatis & rerum fidei morumque imperiti, multi curioſi, multi ſuperſticioſi. Lege Martin. de Arleſ tractat. de ſuperſtitione.

SECTIO VII.

G. **N**ono loco ſunt obſeruatia vana in malis depellendis & morbis ſanandis varia, vt ſi quis faciat oblationem, ex bonis eleemoſyna impetratis, credens ea maioris efficacie ad effectum conſequendum: qui putant crucem ex eleemoſynis emptam vel factam, vel ſanctiorem, & efficaciorum: qui offerunt ſanctis ceram vel aliam materiam, illi immiſcentes capillos hominis, vel pilos animalis agri: qui mergunt imagines in aqua, pro pluuia obtinenda: qui faciunt quafdam ligaturas, ne lac vaccis ſubtrahatur: qui per annullum deſpoſitionis meiunt, vt liberentur maleficio: qui pro quibusdam capitis doloribus, & ſimilibus morbis curandis ad porcorum lintrem ſeu obbam collum applicent. In nomine Patris, &c. qui metuntur cingulum ægrotantis ad cognoscendum a quo ſancto ſit ſanitas impetranda, adhibitis alijs definitis ritibus, qui ſtramen bipenni diuidunt, vt ſanentur manuũ vel digitorũ tumores: qui pro quibusdam pecudum morbis ignes ſtruunt ex peculiaribus lignis, & in eum animalia impellunt, vel in orbem circumducunt, & q̄ primo loco tranſit animal, hoc ſanctis offerunt.

A qui S. Lupi libum pinſunt hoc ritu, coquant libum triangularẽ, prætexto Trinitatis ſanctiſſimẽ, honore, & ei quinque foramina imprimunt, in memoriam (ſic colorant) vulnerum Chriſti; poſtea, in B. Lupi honorẽ, libum dant in eleemoſynã primo mendico nõ ex propoſito, ſed ignaro, & fortuito, occurrenti, ſic arbitrantur armenta gregesq; ſola in paſcuis, a lupis inuadi nõ poſſe. frequẽs eſt, in pagis prope Themas & Louanium. Superſtitio ſe prædit in eo (vt cætera mitã) quod fortuito mendicanti dari debet; nam quid hoc, vel ad cuſtodiam pecoris, vel ad honorem Dei, attinet? tales eſt ligaturæ pecuariorum, ad liberandos canes ac pecora ac clade & tæbe, vel vt ea inferat pecoribus aliorum. lege Burchard. d. c. 19. v. feciſti ligaturas. Aut pertinet opinio Sileſiorum, morauorũ & vicinarum gentium putantium fascinationibus reſiſtere ſarciolas vel reniolas rubeas, alligatas equorũ frenis velephippijs. vetuſta ſuperſtitio ne eadem de cauſa apud Græcos & Rom. pueri puellaq; ſarciolis ruſſeis præcingebantur Apulei. Miles. lib. 2. Chryſoſt. in hom. XII. ad Cor. & alij apud Martin. Roman. lib. 1. ſing. c. 3. & lib. 2. c. 23.

Huc referenda ſunt innumera orationum formæ, quibus vulgo vulnera ſanantur, vel morbi curantur, vel fortuna arcetur. Quale illud de quo Burchard. ibid. v. collegiſti: Collegiſti herbas medicinales, cum alijs incantationibus, cum Symbolo & Dominica oratione. Corrige audacter, q̄ cum Symbolo, & dom. orat. id eſt, cum credo in Deum, & Pater noſter cantando. Si aliter feciſti, decem dies in pane & aqua pœniteas. Eſt & alia in uſu inter Hiſpanos milites, quæ quidam ſalutares, vt ferunt, ſanctẽ viuentes, & omnes gratis curantes,

cum

cum sola impositione linteorū, & certorum recitatione verborum vtuntur, formula fuit Hispanica, sed reddā Latine ad verbum: *Per Christū, & cum Christo, & in Christo, est tibi Deo Patri omnipotēti, in vnitāte Spiritus sancti omnis honor, & gloria, per omnia secula seculorum. Oremus, salutaribus preceptis moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere, Pater noster, qui es in caelis, &c. Amen, Iesus, Potentia, Patris sapientia Filij, virtus Spiritus sancti sanet hoc vulnus ob omni malo. Amen, Iesus, Domine mi Iesu Christe, credo quod nocte Iouis Sancti in cœna, postquam lauisi pedes tuorum sanctorum discipulorum, accepisti panem sanctissimis manibus tuis, & benedixisti, & fregisti, & dedisti tuis sanctis discipulis, dicens, accipite & comedite, hoc est n. corpus meum, similiter accepisti calicem in sanctissimas manus, & gratias egisti, & tradisti illis dicens, accipite & bibite, q̄a hic est meus sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. hoc quotiescumq; feceritis, facite in meam commemorationem. Obsecro te Domine mi Iesu Christe, vt per hæc sanctissima verba, & per virtutem illorum, & per meritum sanctissimæ Passionis tuæ, sanetur hoc vulnus, & malum istud. Amē. Iesus. An nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Iesus.*

De hac formula mota fuit Ipris anno superiore quaestio, maxime quia nullum naturale medicamentum accedebat. Reuerendiss. Episc. Iprensis Simonius, & consiliarij eius, totam curationem hanc iudicarūt superstitionem & illicitam, & prohibuere ne quis ea vteretur. Multis hæc damnatio dura visa, sed immerito. Nam hic effectus totus expectatur à Deo per modum miraculi. Sed miracula sic assidue & quasi ex consuetudine poscere, est Deum tentare. Deinde sancti

A viri, ad miracula edenda, non sunt vltimis, & quasi conceptis verborum formulis, sed modo sic, modo aliter, put Spiritus sanctus suggererat. Tertio sanctitas huius, non satis probata: fit enim plerumque vt malefici præclare specie externa, sanctitatem méritantur: neque in hac re milites satis idonei iudices, quib. sancti videntur, qui extrinsecus peccata grauiā non produunt. Quarto, qui donum sanationum à Deo acceperunt, illi nunquam accipiunt cum conditione, vt talibus vel talibus vtantur verbis: sed tales commentitiæ formulæ sunt indicia pacti saltem latentis. Quinto, nō licet priuatis comminisci formulas, quas nec sacra literæ, nec Ecclesiasticus vsus approbauit, qualis est illa, quæ licentiose abutitur, & deprauat multa sacro sancti Missæ sacrificij verba, etiam ipsius Canonis. Denique applicat verba consecrationis rei, ad quam instituta non fuit, (quod nō est permittendum) & præterea petit effectum sibi concedi per vim prædictorum verborum, quæ vis, non ad vulnerum corporis cōsolidationem, sed ad panis ac vini transubstantiationem, à Saluatore nostro directa fuit. Neque illud negligendum est, Ecclesiam & Catholicos eius filios, tanta semper in veneratione hæc sacrosancta consecrationis verba habuisse, vt nefas ducerent illis vti, nisi quando in Missæ sacrificio, vel quando in Ecclesia, vel scholis, aut disputationibus ijs necessario vtendum: contra Diabolus, & mēbra eius malefici, rebus nullis vtuntur libenti⁹ aut frequentius ad sua sacrilegia nefanda, q̄ & ipsa Venerab. Eucharistia, & ijs quæ ad illā pertinet. Hæc mihi nunc cōtra hanc & similes formulas occurrerāt.